



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum potentiæ animæ distinguatur per obiecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Ad sextum dicendum, q̄ imago trinitatis in anima attenditur non s̄m potentiam tantum: sed etiā s̄m essentia. sicut enim representatur vna essentia in tribus personis licet deficienter. Si autē anima esset suæ potentie, non esset distinctio potentiarum ab invicem nisi solis nominibus. & sic non representaretur convenienter distinctio personarum, quæ est in diuinis.

Ad septimum dicendum, q̄ tria sunt genera accidentium. Quædam enim causantur ex principis speciei & dicuntur propria, sicut risibile homini: quedam vero causantur ex principis individui, & hoc d̄ quia vel habent causam permanentem in subiecto, & hæc sunt accidentia inseparabilia, sicut masculinum & femininum, & alia huiusmodi: quedam vero habent causam non permanentem in subiecto, & hæc sunt accidentia separabilia, vt sedere & ambulare. Est autem cōe omni accidenti q̄ non sit de essentia rei, & ita non cadit in definitione rei, unde de re intelligimus quod quid est, abique hoc q̄ intelligamus aliquid accidentium eius: sed species non potest intelligi sine accidentibus, quæ consequuntur principium speciei: pot tamen intelligi sine accidentibus individui etiā inseparabilibus: sine separabilibus vero esse potest non solum species, sed & individuum, potentie vero anime sunt accidentia: sicut proprietates. vnde licet sine illis intelligatur quid est anima, non autē animam sine eis esse est possibile, neque intelligibile.

Ad octavum dicendum, quod sensibile & rationale secundum quod sunt differentie essentialis, non sunt unta a sensu & intellectu: sed ab anima sensitiva & intellectiva.

Ad nonum dicendum quod quare forma substantialis non sit immediatum principium actionis in agentibus inferioribus, ostensum est.

Ad x. dicendum, quod anima est principium operandi: sed primum non proximum. Operantur. n. potentie virtute anime, sicut & qualitates elementorum in virtute formarum substantialium.

Ad xi. dicendum, quod ipsa anima est in potentia ad ipsas formas intelligibiles: sed ista potentia non est essentia anime, sicut nec potentia ad statum que est in ere, est essentia eris. esse enim actus & potentia non sunt de essentia rei, quoniam actus non est essentialis.

Ad xii. dicendum, quod materia prima est in potentia ad actum substantialem, qui est forma, & ideo ipsa potentia est ipsa essentia eius.

Ad xiii. dicendum, quod non d̄ intellectus esse, quia intellectus dicitur id, quod est potius in homine sicut civitas dicitur esse rector civitatis: non tamē hoc dictum est eo, quod essentia anime sit ipsa potentia intellectus.

Ad xiiii. dicendum, quod similitudo inter animā & scientiā attenditur secundum quod utraque est actus primus: non autem quantum ad omnia. unde non oportet quod anima sit immediatum principium operationum, sicut scientia.

Ad xv. dicendum, quod potentie anime non sunt partes essentialis anime quasi constituentes essentiam eius: sed partes potētiæ, quia virtus anime distinguitur per huiusmodi potentias.

Ad xvi. dicendum, quod forma simplex que non est subsistens, vel si subsistit que est actus purus, non potest esse subiectum accidentis. Anima autem est forma subsistens & non est actus purus, loquendo de anima humana, & ideo potest esse subiectum potentiarum quarundam, scilicet intelle-

ctus & voluntatis: potentie autem sensibile tritinae partis sunt in composito sicut in materia quia unus est actus, eius est potentia, ut patet Philo. in lib. de somno & vigilia.

Ad xvii. dicendum, quod licet anima sit in essentia, tamen est in ea potentia & habet diversam habitudinem ad res: unde de etiam comparatur ad corpus, & proprie ab una essentia anime possunt procedere duæ potentie.

ARTICVLVS XIII.

Vtrum potentie distinguantur per obiecta

**T**ertio decimo queritur de distinctione trinarum anime. Vtrum videlicet distinguantur per obiecta. Et videtur, quod non, quia trina sunt que maxime distant, scilicet compositum, obiectorum non diversificat potentias, nisi substantiam, quam que differentia compositi dicitur: sed homo & lapis differunt secundum substantiam, sonus autem & coloratum differentium accidens. Cum igitur homo & lapis eandem potentiam pertineat, in quo sonus & coloratum, & ita nulla differentiarum facit differre potentias.

¶ 3 Præter. Si differentia obiectorum diversificat potentiam, oportet quod diversitas obiecti esset causa identitatis in potentia: non autem quod idem obiectum diversificat potentias se habet. Idem enim est in ligno & desideratur boni enim in ligno obiectum voluntatis ergo differentia potentiarum non est causa diversitatis potentiarum.

¶ 4 Præter. Vbi est eadem causa, est eadem ergo obiecta diversa diversificat potentias, oportet quod diversitatem potentiarum que in potentia. hoc autem non videtur: quedam obiecta diversa comparantur ad diversas potentias, sicut sonus & coloratum, & visum, & iterum ad unam potentiam, & ad imaginationem & intellectum. Item ergo quod differentia obiectorum, non diversificat potentiarum.

¶ 5 Præter. Habitus sunt perfectiones potentiarum perfectibilia enim distinguuntur per proprias, ergo potentie distinguuntur per proprios habitus, & non secundum obiecta.

¶ 6 Præter. Omne quod est in aliquo, est in eo recipientis: sed potentie anime sunt in organis corporeis, sunt enim actus organorum distinguuntur secundum organa corporis secundum obiecta.

¶ 7 Præter. Potentie anime non sunt ipsa essentia anime, sed proprietates eius: proprietates autem fluunt ab essentia eius. Ab uno autem sunt unum immediate, ergo una sola potentia est prima fluens ab essentia anime, & cetera fluunt alię secundum aliquem ordinem potentie anime differunt secundum organa non secundum obiecta.

¶ 8 Præter. Si potentie anime sunt diversę, quod una earum oriatur ab alia, quoniam omnes oriri ab essentia anime videtur.

D. 1074

In comp. ar.

vna, & simplex. Sed impossibile vñ, quòd vna potētia animæ oriatur ex alia, tum quia omnes potētia animæ sunt simul, tum etiam quia accidēs oriatur à subiecto. Vnum autem accidēs non potest esse subiectū alterius. Non ergo possunt esse diuersæ potētia animæ per diuersitatem obiectorum.

¶ 9. Præt. Quanto aliqua substantia est altior, tanto eius virtus est maior, & per cōsequens minus multiplicata, quia omnis virtus vnita plus est infinita, q̄ multiplicata, vt dñ in li. de causis. Anima aut̄ inter oīa inferiora est sublimior, ergo virtus eius est magis vna, & tñ ad plura se habens, non ergo multiplicatur secundum differentiam obiectorum.

¶ 10. Præt. Si diuersitas potētiarum animæ est s̄m differentiam obiectorum, oportet etiam, quòd ordo potētiarum sit secundum ordinem obiectorū, hoc autem non videtur. Nā intellectus cuius obiectum est, quod quid est, & substantia, est posterior sensu, cuius obiecta sunt accidentia, vt color, & sonus: ractus autem est prior visu, cum tamen visibile sit prius & communius tangibili. Ergo nec diuersitas potētiarum est solum secundum differentiam obiectorum.

¶ 11. Præt. Omne appetibile est sensibile, vel intelligibile: intelligibile autem est perfectio intellectus, & sensibile perfectio sensus. Cum igitur vnū quodque appetat naturaliter suam perfectionem, sequitur, quòd intellectus, & sensus appetant naturaliter omne appetibile. Non igitur oportet ponere potētiā appetitiuā præter sensitiuā.

¶ 12. Præt. Appetitus non est nisi voluntas irascibilis, & concupiscibilis: sed voluntas est in intellectu, irascibilis, & concupiscibilis in sensu, vt dicitur in 3. de anima, ergo potētia appetitiua non est ponēda præter sensitiuā, & intellectiua.

¶ 13. Præt. Philosophus probat in 3. de anima, q̄ principia motus localis in animalibus sunt sensus, siue imaginatio, & intellectus, & appetitus: sed potētia in animalibus nihil aliud est, quā principium motus, ergo potētia motiua, nō est præter cognoscitiuā, & appetitiuā.

¶ 14. Præt. Potētia animæ ordinatur ad aliquid aliud, quā est natura, alias in omnib. corporib. naturalib. essent vires animæ: sed potētia quæ attribuitur animæ vegetabili, non videtur ordinari ad aliquid aliud, quā natura ordinatur enim ad conseruationem speciei per generationem, & conseruationem indiuidui per nutrimentum, & perfectam quantitatem per augmentum, quæ omnia operatur natura et̄ in rebus naturalibus. Nō igitur ad huiusmodi ordinandā sunt potētia animæ.

¶ 15. Præt. Quāto aliqua virtus est altior, tāto vna existens ad plura se extendit: sed virtus animæ est supra virtutem naturæ. Cum igitur natura eadem virtute producat in esse corpus naturale, & det ei debitam quantitatem, & conseruet ipsum in esse, videtur hoc fortius, quòd anima vnā virtute operetur. Nō igitur sunt diuersæ potētia, generatiua, nutritiua, & augmentatiua.

¶ 16. Præt. Sensus est cognoscitiuus accidentiū: sed aliqua alia accidentia magis adinuicē differunt, q̄ sonus, & color, & huiusmodi, quæ sunt non solū in eodem genere qualitatis: sed etiam in eadē specie, quæ est tertia. Si igitur potētia distinguuntur secundum differentiam obiectorum, non deberēt potētia animæ distingui penes huiusmodi accidentia: sed magis penes alia, quæ magis distant.

¶ 17. Præt. Cuiuslibet generis est vna contrarietas prima. Si igitur penes diuersa genera qualitatum

A passibilium diuersificantur potētia sensitua, vt, quod vbicumque sunt diuersæ contrarietates, sint diuersæ potētia sensitua: sed hoc alicubi inuenitur, visus enim est albi, & nigri, auditus grauis, & acuti: alicubi vero non tactus enim est calidi, & frigidi, humidi, & sicci, mollis duri, & huiusmodi, ergo potētia non distinguuntur penes obiecta.

¶ 18. Præt. Memoria non vñ esse alia potētia à sensu, est enim passio primi sensitiui, secundū Philof. obiecta tñ eorum differunt, quia obiectum sensus est præsens, obiectum vero memoriæ præteritum. Ergo potētia non distinguuntur penes obiecta.

¶ 19. Præt. Omnia, quæ cognoscuntur per sensum, cognoscuntur et̄ per intellectum, & alia plura. Si igitur potētia sensitua distinguuntur secundum pluralitatem obiectorum, oportet etiam quòd intellectus distinguatur secundū diuersas potētiās, sicut & sensus, quod patet esse falsum.

¶ 20. Præt. Intellectus possibilis, & agēs sunt diuersæ potētie, vt supra ostensum est: sed idē est obiectum vtriusque. Non igitur potētie distinguuntur secundum differentiam obiectorum.

SED CONTRA est, quòd dicitur in 2. de anima, quod potētie distinguuntur per actus, & actus per obiecta.

¶ 2. Præt. Perfectibilia distinguuntur penes perfectiones: sed obiecta sunt perfectiones potētiarū, ergo potētie distinguuntur penes obiecta.

RESPON. Dicendum, q̄ potētia secundum id, quod est, dñ ad actum. vnde oportet, q̄ per actum definiatur potētia, & secundū diuersitatem actiū diuersificentur potētia. Actus aut̄ ex obiectis speciem habent. Nam si sint actus passiuarum potētiarum, obiecta sunt actiua: si autem sunt actiua potētiarum, obiecta sunt vt fines. Secundum aut̄ vtrumque horum considerantur species operationis: nam calefacere, & instigigare distinguuntur quidem secundum q̄ huius principium est calor, illius autem frigus, & iterum in sim. les fines terminantur. Nam agēs ad hoc agit, vt similitudinē suā in aliud inducat. Relinquitur igitur, q̄ secundum distinctionem obiectorum, attrēditur distinctio potētiarum animæ. Oportet tamen attendere distinctionem obiectorum secundū, q̄ obiecta sunt differentia actionum animæ, & nō secundū aliud, quia in nullo genere species diuersificatur, nisi differentis, quæ per se diuidunt genus. Non enim albo, & nigro distinguuntur species animalis: sed rationali, & irrationali. Oportet autem in actionibus animæ tres gradus cōsiderare. Actio enim animæ trāscendit actionem naturæ in rebus animatis operātis: sed hoc contingit quantum ad duo, quantum ad modum agendi, & quantum ad id, quod agitur. Oportet autem, quòd quantum ad modū agēdi omnis actio animæ transcendat operationem, vel actionem naturæ inanimati, quia cū actio animæ sit actio vitæ, viuū autem est, quod seipsum mouet ad operandum, oportet quòd omnis operatio animæ sit secundum aliquid intrinsecum agēs: sed quantum ad id, quod agitur, non omnis actio transcendit actionem naturæ inanimati. Oportet enim, quod sit esse naturale, & quæ ad ipsam requiruntur, sic in corporibus inanimatis, sicut in corporibus animatis: sed in corporibus inanimatis sit ab agente extrinseco: in corporibus vero animatis ab agente intrinseco, & huiusmodi sunt actiones ad quas ordinantur potētie animæ vegetabilis. Nam ad hoc, quòd indiuiduum producat in esse, ordinatur potētia generatiua.

Quæst. dist. S. Tho. FF 2 Ad

Art. 3. q. 4. & 5. huius q.

66. 33. 100p.

Ad hoc autem q̄ quantitatem debitam cōsequatur, ordinatur uis augmentatiua. Ad hoc autem q̄ conseruetur in esse, ordinatur uis nutritiua: hæc autē consequuntur corpora inanimata ab agente naturali extrinseco tñ: & propter hoc prædicte uires animæ dicuntur naturales. Sunt autem aliæ altiores actiones anime, quæ transcendent actiones formarum naturalium, etiam quantum ad id, qd̄ agitur, inquartum. In anima sunt nata esse omnia secundum esse immateriale. Est. n. anima quodammodo omnia secundum q̄ est sentiens & intelligens. Oportet. n. esse diuersum gradum huiusmodi esse immaterialis. unus. n. gradus est secundum q̄ in anima sunt res sine proprijs materijs: sed tñ secundum singularitatem & conditiones indiuiduales, quæ consequuntur materiam. & iste est gradus sensus qui est susceptiuus specierū indiuidualium sine materia: sed tamen in organo corporali. Altior autē & perfectissimus immaterialitatis gradus est intellectus, qui recipit species omnino a materia, & conditionibus materiæ abstractas, & absq; organo corporali. Sicut autem per formā naturalem res habet inclinationē ad aliquid, & habet motum aut actionem ad consequendum id, ad quod inclinatur: ita ad formam etiam sensibilem uel intelligibilem sequitur inclinatio ad rē, siue per sensum, siue per intellectum comprehensam, quædem pertinet ad potentiam appetitiuam. & iterū oportet consequenter esse motum aliquem per quem perueniatur ad rem desideratā, & hoc pertinet ad potentiam motiuam. Ad perfectam autem sensus cognitionem, quæ sufficiat animali, quinque requiruntur. Primo q̄ sensus recipiat speciem sensibilibus: & hoc pertinet ad sensum propriū. Secundo, q̄ de sensibilibus perceptis diiudicet, & ea ab inuicem discernat, quod oportet fieri per potentiam ad quam omnia sensibilia perueniunt, quæ dicitur sensus cōis. Tertium est, q̄ species sensibilibus receptæ conseruentur. Indiget autem animal apprehensione sensibilibus, non solum ad eorum presentiam, sed etiam postquam abierint, & hoc necessarium est reduci in aliquam potentiam. Nam & in rebus corporalibus aliud principium est recipiendi, & aliud conseruandi. Nam quæ sunt bene receptibilia, sunt interdum male conseruatiua. huiusmodi autē potentia dicitur imaginatio siue phantasia. Quarto autē requiruntur intentiones aliquæ, quas sensus non apprehendit. sicut nocium & uile & alia huiusmodi, & ad hæc quidem cognoscenda peruenit homo inquirendo, & cōsiderando: alia uero animalia quodam naturali instinctu, sicut ouis naturaliter fugit lupum tanquam nociuū. unde ad hoc in alijs animalibus ordinatur æstimatiua naturalis: in homine autem vis cogitativa, quæ est collatiua intentionum particularium. unde & ratio particularis dicitur, & intellectus passiuus. Quinto autem requiritur, q̄ ea quæ prius fuerunt apprehensa per sensum & interior conseruata, iterum ad actualement conseruentur rationem reuocentur. Et hoc quidem pertinet ad memoratiuā uirtutē, quæ in alijs quidē animalibus absq; inquisitione suā operationē habet. in hominibus autē cū inquisitione & studio. unde in hominibus nō solum est memoria: sed reminiscētia. Necessē autē fuit ad hoc potētiam ab alijs distinctā ordinari, quia actus aliarū potētiarū sensitiuarū est sicut motus a rebus ad animā: actus autem memoratiuæ potētiae est eōtrario secundū motū ab anima ad res. diuersi autē motus diuersa principia motiua requirunt: principia autē motiua poten-

tiæ dicuntur. Quia uero sensus proprius, qui dicitur in ordine sensitiuarum potentiarum, dicitur a sensibilibus immutatur, necesse fuit ad diuersitatem immutationum sensibilibus sit susceptiuus specierum sensibilibus immutationum, necesse est gradum & ordinem immutationum, quibus immutatur sensus a sensibilibus immutationes. Sunt igitur quædam sensibilia, quæ species licet immaterialiter in sensu recipiunt, tamen etiam materiam immutationem in animalibus sentiētib. huiusmodi autē qualitates, quæ sunt principia transmutationum etiam in rebus materialibus: sicut calidum, humidum, & siccū, & alia huiusmodi. igitur huiusmodi sensibilia immutatio materiam immutationem agendo, materialis autem immutatio fit per contractum, necesse est q̄ huiusmodi sensibilia tingendo sentiantur, propter quod potentia comprehendens ea uocatur tactus. Sicut quædam sensibilia, quæ quidem non materiam immutationem annexam, quod est dupliciter. Vno modo sic, q̄ materialis immutatio annexa sit tam ex parte sensibilibus quæ te sentiētis, & hoc pertinet ad gustum: quod non immuret organū sensus sicut sapor solum, tamen hæc immutatio non est quali transmutatione, tam saporis quæ gustu gustus, & præcipue secundum materiam. Alio modo sic, quod transmutationem annexa sit solum ex parte sensibilibus autem transmutatio, uel est secundum materiam, & alterationem quandam sensibilibus: sicut in sensu odoratus, uel solum secundum materiam, sicut in sensu tactus, & odoratus, quia sunt sine mutatione sentiētis, licet ad sit materialis immutatio sensibilibus, non solum ad eorum presentiam, sed per materiam secum sentiunt. Gustus autem solum in sensu sentit, quia requiritur immutatio materiam parte sentiētis. Sunt autem alia sensibilia mutant sensum absque materiali immutatione, sicut lux & color, quorum est materiam sensus est altior inter oēs sensus, & uisus dicitur sensibilia ab eo percepta sunt cōtra corruptibilibus & incorruptibilibus. Similiter uis appetitiua, quæ consequitur apprehensionem sensus, necesse est q̄ in duo diuidatur: quæ est appetibile, uel ea ratione q̄ est delectabile & conueniens, & ad hoc est uis concupiscentia uel ea ratione, quod per hoc habetur perfruendi delectabilibus secundum sensum, quæ quæ contingit cum aliquo tristabilibus secundum sensum, sicut cum animal pugnat ad potētiam potestare fruendi proprio delectabilibus, & ad hoc ordinatur uis quæ uis autē motiua cū ad motum ordinem, quæ dicitur motiua nisi secundum diuersitatem motuum cōpetunt diuersis animalibus, quorum sunt receptibilia, quæ dā uolatiua, quæ dā gressiua, quæ dā alio modo mobilia: uel etiā secundum partes ciuitatis animalis. Nā singule partes quosdā proprios motus. Gradus autē immutationum sensibilibus similiter distinguuntur in appetitiuas & appetitiuas. Motiua autē cōis est, & intellectui. Nā idem corpus eodē modo motur ab utroq; Cognitio autem intellectus

duas potentias. Intellectum agentem, & possibilem, ut ex superiorib. patet. Sic igitur manifestum est, quod sunt tres gradus potentiarum animæ. Sicut secundum animam vegetabilem, sensitivam, & rationalem. Sunt autem quinque genera potentiarum. In nutritium, sensitivum, intellectivum, appetituum, & motuum secundum locum, & horum quodlibet continet sub se potentias plures, ut dictum est.

**AD PRIMVM** ergo dicendum, quod contraria maxime differunt: sed in eodem genere diversitas autem obiectorum in genus convenit diversitati potentiarum, quia & genus quodammodo in potentia est, & ideo contraria referuntur ad eandem potentiam.

**AD SECUNDVM** dicendum, quod licet sonus & color sint diversae accidentia: tamen per se differunt quantum ad immutationem sensus, ut dictum est, non autem homo & lapis, quia eis eodem modo immutatur sensus, & ideo homo, & lapis differunt per accidens, in quantum sentiuntur: licet differant per se in quantum sunt substantia. Nihil enim prohibet differentiam aliquam esse per se comparatam ad unum genus, comparatam vero ad aliud esse per accidens: sicut album, & nigrum per se differunt in genere coloris, non autem in genere substantiae.

**AD TERTIVM** dicendum, quod eadem res comparatur ad diversae potentias animæ, non secundum eandem rationem obiecti, sed secundum aliam, & aliam.

**AD QUARTVM** dicendum, quod quanto aliqua potentia est altior, tanto ad plura se extendit. Unde habet communio rem rationem obiecti, & inde est, quod quaedam sunt in ratione obiecti superioris potentia, quæ distinguuntur in ratione obiecti, quantum ad potentias inferiores.

**AD QUINTVM** dicendum, quod habitus non sunt perfectiones potentiarum, propter quas sunt potentia: sed sicut quibus, aliquo modo se habent ad ea propter quæ sunt id est ad obiecta: unde potentia non distinguuntur penes habitus, sed penes obiecta, sicut nec artificialia, penes obiecta: sed penes fines.

**AD SEPTIMUM** dicendum, quod potentia non sunt propria organa: sed magis econverso. Unde magis distinguuntur organa penes obiecta, quam econverso.

**AD SEPTIMUM** dicendum, quod anima habet aliquem præcipuum finem: sicut anima humana bonum intellectibile habet autem & alios fines ordinatos ad hunc ultimum finem: sicut quod sensibile ordinatur ad intellectibile, & quia anima ordinatur ad sua obiecta per potentias sequitur, quod etiam potentia sensitiva sit in homine propter intellectivam, & sic de aliis. Sic igitur secundum rationem finis oritur una potentia animæ ex alia, per comparationem ad obiecta. Unde potentias animæ distinguuntur per potentias, & obiecta non est contrarium.

**AD OCTAVVM** dicendum, quod licet accidens non possit esse per se subiectum accidentis, tamen subiectum subicitur uni accidenti mediante alio, sicut corpus colorati mediante superficie, & sic unum accidens oritur ex subiecto mediante alio, & una potentia ab essentia animæ mediante alia.

**AD NONVM** dicendum, quod anima una virtute in plura potest, quæ naturalis, sicut visus apprehendit omnia visibilia: sed anima propter sui nobilitatem habet multo plures operationes, quam res inanimata, unde oportet quod habeat plures potentias.

**AD X.** Dicendum, quod ordo potentiarum animæ est secundum ordinem obiectorum. Sed utrobique potest attendi ordo, vel secundum perfectionem, & sic intellectus est prior sensu, vel secundum generationis viam, & sic est sensus prior intellectu, quia in generationis via

**A** prius inducitur accidentalis dispositio, quam forma substantialis.

**AD XI.** dicendum, quod intellectus quidem naturaliter appetit intelligibile, ut est intelligibile, appetit naturaliter intellectus intelligere, & sensus sentire. Sed quia res sensibilis vel intelligibilis non solum appetit ad sentiendum & ad intelligendum, sed etiam ad aliquid aliud: ideo præter sensum & intellectum necesse est esse appetitivam potentiam.

**AD XII.** dicendum, quod voluntas est in ratione in quantum sequitur apprehensionem rationis: operatio vero voluntatis pertinet ad eundem gradum operationis potentiarum animæ, sed non ad idem genus, & similiter est dicendum, de irascibili, & concupiscibili respectu sensus.

**AD XIII.** dicendum, quod intellectus & appetitus moventur sicut imperantes motum: sed oportet esse potentiam motivam, quæ motum exequatur, secundum quam scilicet, membra sequuntur imperium appetitus, & intellectus vel sensus.

**AD XIV.** dicendum, quod potentia animæ vegetabilis dicitur vires naturales, quia non operatur nisi quod natura facit in corporibus: sed dicuntur vires animæ, quia altiori modo hoc faciunt, ut supra dictum est.

**AD XV.** dicendum, quod res naturalis inanimata simul recipit speciem & debitam quantitatem, quod non est possibile in rebus viventibus, quæ oportet in principio generationis esse modicæ quantitatis, quia generatur ex semine, & ideo oportet, quod præter vim generativam in eis sit vis augmentativa, quæ perducatur ad debitam quantitatem. hoc autem fieri oportet per hoc, quod aliquid conuertatur in substantiam augmentandam, & sic additur ei hæc autem conversio fit per calorem, qui etiam conuertit id, quod extrinsecum apponitur, & resoluit etiam quod ineff. unde ad conuersionem individui, ut continuo restauratur deperditum, & addatur quod deest ad perfectionem quantitatis, & quod necessarium est ad generationem feminis, necesse fuit vis nutritiva, quæ deseruit & augmentativæ & generativæ: & per hoc individuum conservatur.

**AD XVI.** dicendum, quod sonus & color, & huiusmodi differunt secundum diversum modum immutationis sensus, non autem sensibilia diversorum generum, & ideo penes eam non diversificatur potentia sensitivæ.

**AD XVII.** dicendum, quod quia contrarietates quarum est tactus cognoscitivus, non reducuntur in aliquod unum genus, sicut diversæ contrarietates quæ possunt considerari circa visibilia reducuntur in unum genus coloris. ideo Phil. determinat in 2. de anima, quod tactus non est unus sensus, sed plures: sed tamen omnes conveniunt in hoc, quod non per medium extrinsecum sentiunt, & omnes dicuntur tactus, ut sit unus sensus genere divinus in plures species. Posset tamen dici quod esset simpliciter unus sensus, quia omnes contrarietates quarum tactus est cognoscitivus cognoscitur per se. Cognoscunt enim se invicem & reductur in unum genus, sed est innominatum. nã & genus proximum calidi & frigidi innominatum est.

**AD XVIII.** dicendum, quod cum potentia animæ sint proprietates quædam, per hoc quod dicitur memoria esse passio primi sensitivi, non excluditur quin memoria sit alia potentia a sensu: sed ostenditur ordo eius ad sensum.

**AD XIX.** dicendum, quod sensus recipit speciem sensibilem in organis corporalibus, & est cognoscitivus particularium. Intellectus autem recipit species rerum absque organo corporali, & est cognoscitivus universalium.

Quest. dif. S. Tho. FF 3 lium,

In corp. ar.

Lib. 2. c. 6. 63. & 64. ut.

lium. & ideo aliqua diuersitas obiectorum requirit diuersitatem potentiarum in parte sensitua, q non requirit diuersitate potentiarum in parte intellectua. Recipere enim & retinere in rebus materialibus secundum idem est. & similiter secundum diuersos modos immutationis. oportet diuersificare sensum, non autem intellectum.

Ad xx dicendum, quod idem obiectum, scilicet intelligibile in actu comparatur ad intellectum agentem, vt factum ab eo: ad intellectum vero possibilem, vt mouens ipsum. Et sic patet, quod non secundum eandem rationem idem comparatur ad intellectum agentem & possibilem.

ARTICVLVS XIII.

Verum anima humana sit immortalis.

9. p. 9. 75. articu. 6.

QVARTODECIMO queritur de immortalitate anime humane. Et videtur quod sit corruptibilis. Dicitur enim Eccle. 3. Vnus est interitus hominis & iumentoru, & aqua vtriusque conditio: sed iumenta cum intereunt, interit eorum anima. ergo cum homo interierit, anima eius corrumpitur.

Com. 26. to. mo 3.

¶ 2 Præt. Corruptibile & incorruptibile differunt secundum genus, ut dicitur in 10. Meta. sed anima humana & anima iumentorum non differunt secundum genus, quia nec homo a iumentis genere differt. ergo anima hominis & anima iumentorum non differunt secundum corruptibile & incorruptibile: sed anima iumentorum est corruptibilis. ergo anima humana non est incorruptibilis.

Lib. 3. Orth. fidei. c. 3.

¶ 3 Præt. Damasc. dicit quod angelus est gratia non natura immortalitatem suscipiens: sed angelus non est inferior anima. ergo anima non est naturaliter immortalis.

Com. 8. to. 2.

¶ 4 Præt. Philo. probat in 8. Physi. quod primum mouens est infinita uirtutis, quia mouet tempore infinito. Si igitur anima habet virtutem durandi tempore infinito, sequitur quod uirtus eius sit infinita: sed uirtus infinita non est in essentia finita. ergo sequitur quod essentia anime sit infinita, si sit incorruptibilis: hoc autem est impossibile, quia sola essentia diuina est infinita. ergo anima humana non est incorruptibilis. Sed dicitur quod anima est incorruptibilis, non per essentiam propriam, sed per uirtutem diuinam.

Com. 26. to. mo 3.

¶ 5 Sed contra. Illud quod non competit alicui per essentiam propriam, non est ei essentiale: sed corruptibile & incorruptibile essentialiter predicantur de quibuscumque dicuntur, ut dicit Philo. in 10. Met. ergo si anima est incorruptibilis, oportet quod sit incorruptibilis per essentiam suam.

¶ 6 Præt. Omne quod est, aut est corruptibile, aut incorruptibile. Si igitur anima humana secundum suam naturam non est incorruptibilis, sequitur quod secundum suam naturam sit corruptibilis.

Lib. 19. de ci. ui. dei. c. 26. i prin. to. 5. Lib. de spiritu & anima. c. 43. to.

¶ 7 Præt. Omne incorruptibile habet uirtutem quod sit semper. Si igitur anima humana sit incorruptibilis, sequitur quod habet uirtutem quod sit semper. ergo non habet esse post non esse, quod est contra fidem.

¶ 8 Præt. Aug. dicit. quod sicut Deus est uita anime, ita anima est uita corporis: sed mors est priuatio uitae. ergo per mortem anima priuatur & tollitur.

¶ 9 Præt. Forma non habet esse nisi in eo in quo est. Si igitur anima est forma corporis. ergo non potest esse nisi in corpore. ergo perit perempto corpore. Sed diceretur, quod hoc est uerum de anima secundum quod est forma, non secundum suam essentiam.

¶ 10 Sed contra. Anima non est forma corporis accidens, alioquin cum anima constituat hominem se-

condum quod est forma corporis, sequeretur quod esset ens per accidens. Quia autem ens per accidens alicui non per accidens, concitetur secundum essentiam. ergo est forma secundum suam essentiam. Si ergo secundum quod est forma est corruptibilis, & secundum suam essentiam erit corruptibilis. ¶ 11 Præt. Quaecumque conueniunt ad unum se, ita se habent quod corruptio vno corruptio alius: sed anima & corpus conueniunt ad unum esse, scilicet ad esse hominis. ergo corruptio vno corruptio anima.

¶ 12 Præt. Anima sensibilis & anima irrationalis vnum secundum substantiam in homine. anima sensibilis est corruptibilis. ergo & anima irrationalis.

¶ 13 Præt. Forma debet esse materia: proprie materia: sed anima humana est in corpore, ut materia. Cum igitur corpus sit corruptibile, anima erit incorruptibilis.

¶ 14 Præt. Si anima potest a corpore separari, tunc quod sit aliqua operatio eius sine corpore, quod nulla substantia est otiosa: sed natura operatio potest esse anima sine corpore, etiam intelligere, de quo magis videtur, quam intelligere sine phantasmate, ut Philo. dicit. anima autem non est sine corpore. ergo anima potest separari a corpore, sed corruptio anima potest separari a corpore.

¶ 15 Præt. Si anima humana sit incorruptibilis non erit nisi quia est intelligens. sed videtur intelligere non sibi conueniat, quia ad operandum inferioris nature, imitatur aliquid nature superioris, sed ad eam operandum sicut simia imitatur aliquam operantem, non tamen ad eam pertingit. & similia cum homo sit supremum in ordine animalium, imitetur aliquam actionem animalium separatarum intellectualium quae est perfectior sed ad eam non perueniat. Nulla igitur videtur ponendi animam hominis esse incorruptibilem.

¶ 16 Præt. Operationem propriam operantium, vel omnia, vel plurima continentur in specie: sed paucissimi homines perueniunt ad hoc quod sint intelligentes. ergo intelligere est propria operatio anime humane. Ad hoc oportet animam humanam esse incorruptibilem, eo quod sit intellectualis.

¶ 17 Præt. Philo. dicit in 1. Physi. quod corruptio consumitur, semper ablato quodam, sed bonum rationale anime est finitum bonum. Cum ergo corruptio peccatur minuat bonum naturae humane, videtur quod tandem tota corrumpatur, & sic anima humana quandoque corrumpatur.

¶ 18 Præt. Ad debilitatem corporis anima corrumpitur, ut patet in eius operationibus. ergo corruptionem corporis anima corrumpitur.

¶ 19 Præt. Omne quod est ex nihilo, est in nihil: sed anima humana ex nihilo esse ergo vertibilis est in nihil. & sic sequitur anima sit corruptibilis.

¶ 20 Præt. Manente causa manet effectus. anima est causa vite corporis. Si ergo anima manet, videtur quod corpus semper viuere parat esse saluum.

¶ 21 Præt. Omne quod est per se subsistens, est quid in genere vel specie collocatum: sed anima humana ut videtur, non est hoc aliquid nec in specie vel genere tanquam individuum, vel sit forma: esse. n. in genere vel specie collocatum, non materiam nec formam, nisi per se.